



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1845

CXCIII. Markgraf Sigismund bestätigt dem Domstift Stendal die von
Bernhard von der Schulenburg für dasselbe erkauften Hebungen in
Bellingen und Milterde, am 27. Febr. 1379.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54414)

CXCH. Markgraf Sigismund bestätigt dem Domstift Stendal die von Bernhard von der Schulenburg für dasselbe erkaufte Hebungen in Bellingen und Miltterde, am 27. Febr. 1379.

In Nomine domini Amen. Nos Sygismundus, dei gratia Marchio Brandenburgensis, sacri Romani Imperii Archicamerarius, Honorabili viro domino Bernhardo de Schulenborch, Cellerario Ecclesie Halberstadenfis ac Canonico sancti Nycolai in Stendal, Halberstadenfis dyocesis, devoto nostro dilecto, justo venditionis et emptionis tytulo vendidimus et per presentes vendimus Redditus nostros annuales infraascriptos pro Quadraginta Marcis Brandenburgensis argenti et ponderis, nobis per ipsum in integrum realiter perfolutis, que siquidem quadraginta marce ulterius ad manus Nobilis Jescconis de Rozdylawitz, Curie nostre Magistri, in summam ex devolutione honorum sibi per nos recipere deputatam pervenerunt. In villa Bellinge in Curia, quam pronunc Henneke Lemmen inhabitat et colit, quinque modios Tritici et viginti unum modios ordei in pheodo, Item in Curia Coppe slotz ibidem, quam ipse pro nunc colit et inhabitat, unum chorum duri frumenti in pheodo et unum chorum siliginis et ordei in pacto, Item in Curia Henneke segherz similiter ibidem, quam ipse pronunc colit et inhabitat, duos modios pisorum, decem modios Tritici, duodecim modios siliginis, duodecim modios ordei in pheodo, et decem et octo modios siliginis cum decem et octo modis ordei in pacto; Item in villa Milttert, in Curia Johannis wust, quam ipse pronunc colit et inhabitat, quindecim modios siliginis, decem modios ordei, viginti modios avene in pacto singulis annis dictum frumentum temporibus perpetuis perfolvendum, cum omni Jure libertate et utilitate, prout quondam Hennyngus Sterinbeke famulus pie memorie a nobis et predecessoribus nostris Marchionibus Brandenburgensibus in pheodo habuit, tenuit atque possedit, et que sic ex morte ipsius pronunc legitime ad nos sunt devoluta, dicta bona cum pheodo ob honorem et Reverentiam omnipotentis dei Gloriose sue genitricis virginis Marie et omnium sanctorum, Neonon Magnificorum principum predecesorum nostrorum Marchionum Brandeburgensium animarum salutare Remedium, Et ad devotam infantiam et petitionem dicti domini Bernhardi de Schulenborch appropriavimus et per presentes sollempniter — donamus devotis nostris dilectis .. Preposito .. Decano, Capitulo Ecclesie Collegiate sancti Nycolai in Stendal Canonicis presentibus et futuris dicta bona cum pheodo, cum omnibus Juribus, Gratiis etc., Ita tamen quod prenomminatus dominus Bernhardus de Schulenborch post mortem suam cum dictis bonis valeat sibi aut ejus Testamentarii ipsius nomine facere perpetuam memoriam in Ecclesia sancti Nycolai predicta secundum ordinationem et dispositionem ipsius, prout melius sibi vel ipsis videbitur expedire. — Testes hujusmodi venditionis, Emptionis et Donationis sunt Nobiles Johannes de Kothebusch Capitaneus noster per Marchiam, Ernicus Schenke, Johannes de Wardenberge, Wilhelmus de Cünstad et alii plures fide digni. Actum et datum Stendal Anno domini Millesimo Trecentesimo Septuagesimo nono, feria sexta proxima ante dominicam, qua cantatur in Ecclesia dei Invo-cavit me etc.

CXCIV. Das Domcapitel bestätigt das Testament des vorigen Dechanten Johann von Garthow, am 17. August 1380.

In Nomine domini Amen. Nos Hennyngus Ghergel decanus Totumque capitulum Ecclesie sancti Nicolai in Stendal, ordinationem suae Testamentariam dispositionem quandam honorabilis